

sí-mi-lis Ange-lo, qui pro te lapidánti-bus De-um



deprecátus es : be- á- te Stépha-ne, intercéde pro



no-bis ad Dóminum.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

Oratio.

Da nobis quæsumus Dómine imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere : quia ejus natalítia celebrámus ☩ qui novit étiam pro persecutóribus exoráre : Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ☩ Qui tecum vivit.

PER OCTAVAM NATIVITATIS.

Ad Mem. Ant. vj. toni.



Gaude-amus omnes fidéles, Salvátor no- ster



natus est in mundo : hódi- e procéssit pro- les



magní-fi-ci gérmi-nis, et persevérat pudor virgini-tá-tis.

℣. Tamquam sponsus. ℟. Dóminus procédens de thálamo suo.

Or. Concéde quæsumus omnípotens Deus : ut nos Unigéniti tui., pag. 106.